



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Capvt Tertivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

H A B A C V C.

Iet. Si moram nexuerit expecta illam
ueniens nanque ueniet, & non tarda-
bit. Ecce repugnantis animæ nihil pro-
speri obueniet, Et iustus in fide sua
uiuet.

CAPVT TERTIVM.

A T qui uinū fortē uirum decipit,
adeo ut minime consistat, utque di-
latet, ueluti Infernus, animā suam simi-
lis mortis existens, quæ insatiabilis ad
Iesē colligit omnes gentes, & congre-
gat ad se omnes populos, Nōne illi os-
mnes in eum sententiam condent & fa-
bulam & prouerbium & dicent?

Væ qui suam rem e non suo multi-
plicat, quamdiu id perseverabit, & qui
aggrauat super se densum lutum. Non
ne subito euigilabunt mordentes te &
expergescent concutientes te, & appre-
henderis ab illis? Quoniā tu depræda-
tus es gentes multas deprædabuntur tu
omnes reliquæ populorum, propter
sanguinem hominis & iniuriam terra-
euitatis, & omnium in ea degentium

Væ quid!

Væ auide auaro ad damnū domus suæ
ut ponat in alto nídum suū, ut euadat
mānum infortunij. consilium tuum ad
confusionem domus tuæ, concidisti
enim populos multos, & pro libidine
tua peccasti. Quoniam lapis muri cla-
mabit, & laquearia contignationis re-
spondebunt ei. Væ qui extruit ciuitas
tem sanguinibus, & apparat urbem in
iniuitate. Nonne ecce a domino exer-
citium id fieri quod labore pepererūt
populi igni absumentur, & quo defati-
gati sunt homines, perdetur. Nam im-
plebitur terra cognitione gloriæ domi-
ni, sicut aquæ operientes mare.

Væ qui infundis proximo tuo &
immisces iram tuam et indignationem
ut ebrium illum reddas & respicias ue-
renda eius. Et tu pro honore ignomi-
nia saturaberis, tum & tu bibes ut nu-
tes. Circundabit te calix in dextra Do-
mini, ut pro gloria tua indecēter uomī-
medas. Iniuria enim Libani superī-
ruet te & deuastatio feraruim terribit
te, propter sanguinem hominis, & pro-

pter iniuriam terræ, ciuitatis, & omnium incolarum eius.

Quid tum proderit sculptile eius
quodfictor eius sculpsit, et mendaci-
ter conflatum simulachrum, in quo for-
mator eius fiduciā habet, ut faciat ido-
la muta. Vx qui dicit ligno euigila & la-
pidi muto surge. Ipsumne doceret? Ec-
ce auro & argento obductum est, neq;
ullus in eo anhelitus inest.

CAPVT QVARTVM.

Precatio HABacuc Prophetæ pro
infontibus.

D Omine audiuī famam tuam & ti-
muī, Domine opus tuū in medio
annorū uiuificabis illud, in medio an-
norum notum illud facies, præsentetri-
sticia misericordiæ recordaberis.

¶ Dominus a meridie uenit, Et sanctus
de monte Paran Sela.

¶ Laudis suæ plenī erant celi, & glo-
riæ suæ plena erat terra.

Splendor